



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Vita Ioannis Papae XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

STEPHANI PAPÆ VII. VITA. 35

ANNO CHRISTI 928. fieri, & de emendatione ordinis vna pars episcopi , secunda sit altari, tertia societati. *Vide hæc supra sub titulo, De scris ordinibus compensandis.*

Et in Concilio episcorum Londoniensis, cap. 12. sic habetur de congildonibus.

* sodali-
tium
* male de-
dit.
* lego
vnum

Et diximus etiam omnibus illis qui in nostram * gildscy-
ram vadium * dederunt, si contingat * eum mori , om-
nis congildo det vnum panem & companagium pro ani-
ma eius, & cantet vnum quinquagenarium psalmorum,
vel perquirat cantandum infra triginta noctes. *Iornalenfis.*

VITA

STEPHANI PAPÆ VII.

ANNO CHRISTI 929.

STEPHANVS natione Romanus , Theudemundo pa-
tre genitus , huius nominis septimus , subrogatus est
Leoni sexto , anno Domini D C C C C X X I X . tempore
Constantini & Romani imperatorum orientalium. Qui
dum sedisset annos duos , mensem vnum , & dies quindecim , ex hac vita migravit. Huius tempore Henricus rex
Germaniæ lanceam ex clavis Christi confectam , a Rodul-
pho rege Burgundionum , precibus , precio & minis obti-
nuit , eamque successoribus ad defensionem imperii reli-
quit. Reges Northmannorum & Abroditarum ad Chri-
stum conuerit. *Sigebertus.*

VITA

IOANNIS PAPÆ XI.

ANNO CHRISTI 931.

IOANNES patre Sergio pseudopontifice ex scoto Maro-
zia prognatus , Vvidonis Tusciæ marchionis & Maro-
zia matris potentia in locum Stephani intruditur , anno
Christi 931. tempore Constantini & Romani imperato-
rum orientalium , quo ipse nondum per ætatem tantæ di-
gnitatis capax esse potuisset , etiam si nullum aliud impe-
dimentum obstitisset. Artaldus ex monacho Rhemensis
archiepiscopus electus , vir sanctissimus post puerum
Concil. Tom. 25.

Ioannes
XI quando
& qua ra-
tione pon-
tificatum
inuaserit.

E ij

illum quinquennalem eiectum , ab huiusmodi monstro pallium nequaquam petiisset,nisi tanti ipse fecisset Romani pontificis nomen, vt etiam in homine immerito & illegitime collocato illud honorandum esse putasset , sedemque apostolicam a nemine, præterquam a Deo, dijudicandam esse sibi persuasisset. Hunc pontificem Albericus frater vna cum matre Marozia custodiae mancipatum usque ad diem obitus detinuit. Marozia Hugoni regi Vvidonis defuncti mariti germano Vrbis dominium obtulit , si ille suo se coniugio confederandum promitteret. Acceptauit conditionem Hugo , & clanculo arcem sancti Angeli ingressus , post incestum cum relicta fratri vxore commisum, Romanos despexit ; Albericum priuignum suum, dum iusu matris Maroziae aquam manibus eius infundebret , quasi immoderate effudisset, in faciem cecidit. Quam vt ille iniuriam vlcisceretur , Romanos ad defectionem commouit, postque arcem impugnatam, vt ait Luitprandus, Hugonem vitricum suum incestuosum fugauit : matrem vero Maroziam vna cum fratre Ioanne pseudopapa mandauit detineri sub custodia, in qua violentus inuasor violenter deiectus obiit , postquam sedem apostolicam quinque annis & aliquot mensibus non tam rexisset, quam turpiter inquinasset.

CONCILIVM ERPORDIENSE

IN CAVSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ
celebratum , anno Domini DCCCCXXXII. tempore
Ioannis papæ XI.

P R A E F A T I O .

ANNO ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi non gentesimo trigesimo secundo , anno etiam domini * H. regis Christianissimi decimoquarto, indictione quinta, sub die Kalendarum Iuniarum, congregata est apud Erpesfurt sancta & vniuersalis Synodus, vt rex sapientissimus cum consilio primatum suorum decreuit, inspirante omnium Saluatoris clemētia, pro vtilitate & statu sanctæ matris ecclesiæ. Cuius regis solertia prudentissimi viri Hildiberti archiepiscopi * gubernabat. Confidentibus religio-

ANNO
CHRISTI
932.

* Henrici

* deest
aliquid.